Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



210

& contos siue lanceas. & succendent ea igni septem annis.
& non portabunt siue non sument ligna de regionib; siue
de campis. neq; succendent de saltib;. quoniam arma succen
dent igni & depredabuntur eos quibus praedae fuerant.
& diripient uastatores suos. ait dnus ds;. & erit in die illa
dabo gog lacum nominatum sepulchrum in israel uallem uiato
rum ad orientem maris. quae obstupescere facit praeter
euntes siue ΠΟΛΥΑΝΔΡΙΟΝ eorum qui uenerint ad
mare. & aedificabunt p circuitum os uallis. & sepelient
ibi gog & omnem multitudinem eius. & uocabitur uallis
siue gem multitudinis gog. & sepelient eos domus israel ut
mundent tram siue ut mundetur terra septem mensibus;
sepelient autem eos omnis populus terrae. & erit eis nomi
nata dies in qua glorificatus sum ait dnus ds;. & uiros siu
ger constituent lustrantes siue circumeuntes tram
qui sepeliant & requirant eos qui remanserint super
faciem terrae. ut emundent ea. post menses autem septem
quaerere incipient & circumibunt pagrantes terram;
cumque uiderint os hominis. statuent iuxta illud titulum
donec sepeliant illud pollinctores in uallem siue gem mul
titudinis gog; nomen autem ciuitatis amona siue ΠΟΛΥΑ
ΝΔΡΙΟΝ; & mundabunt tram siue mundabitur tra;
& haec iudaicae traditionis heredes & discipuli inter